Die Iouis poſt Paſcha anno 1308.

Et idem ſuper eodem Baronibus ſub hac forma, ſub hac forma Duci Burgundiæ.

PHILIPPVS *Dei gratia Francorum Rex dilecto ac fideli noſtro Duci Burgundiæ, ſalutem & dilectionem, mandamus vobis ſub fidelitate qua nobis tenemini, diſtrictiùs iniungentes, quatenus ordinationes & deffenſas ſuper monetis noſtris, & earum curſu pro neceſſitate ac communi vtilitate regni noſtri nudius à nobis editas, iuxta tenorem aliarum literarum noſtrarum ſuper hoc confectarum, quas vobis cum præſentibus mittimus, diligentiùs exequentes, faciatis eaſdem per noſtros diſtrictus teneri, ſeruari & firmiter adimpleri: taliter circa hoc vos habentes, quòd ob veſtram diligentiam curioſam votiuo feliciter effectum manci permanente. Datum Pariſiis die Iouis poſt Paſcha, anno Domini milleſimo treceteſimo octauo.*

Extractum eſt à Cartula generali priuilegiorum ſeu franchiſiarum Religioſis, Abbati, & Conuentui ſancti Dionyſij in Francia conceſſorum, ſpecialiter de vſurariis & falſis monetariis: cuius tenor ſequitur.

Extrait du Liure entre deux aix, fol. 15. verſo.

DECREVIMVS *quoque, vt ſi quoſlibet liberos, vel ſeruos hoſpites vel aduenas cuiuſ-*
1311. *cumque perſonæ, ſexus, vel ordinis infra Caſtrum, vel Burgium ſancti Dionyſij, vel infra terminos ab anteceſſoribus noſtris conſtitutos manentes contigerit eſſe vſurarios, ſub iure tantùm ſint Abbatis & monachorum eius, à nullo redimendi ſeu puniendi, vel aliquam iuſtitiam cogendi niſi ab ipſis.*

Conceſſimus quoque eidem Eccleſiæ quòd ſi aliquis fuerit falſæ monetæ compoſitor, ſiue falſi auri vel argenti compoſitor, inuentor vel potitor, infra eoſdem terminos repertus in forisfacturam vel redemptionem ipſorum, non quiſquam ponat manum præter Abbatem & iuſtitiam eius.

Auiourd'huy troiſieſme iour de Iuin l'an 1513. par Frere Iean de ſainct Benoiſt, Maiſtre des Charitez de l'Egliſe & Abbaye de ſaint Denys en France, & Maiſtre Pierre Burreau, l'vn des Receueurs dudit ſaint Denys, a eſté apporté en la Chambre des Monnoyes l'Extraict cy-deſſus tranſcript, ainſi qu'il eſt contenu és titres des Chartes données auſdits Abbé & Religieux de ſaint Denys. Au Palais à Paris, l'an mil trois cens vnze.

Ordinatio ſuper facto monetarum.

Extrait du Threſor des Chartes, du Regiſtre cotté 8.

A TOVS ceux qui ces preſentes lettres verront, Guillaume de Hangeſt Garde de la
1294. Preuoſté de Paris, Salut. Nous faiſons à ſçauoir, que nous auons tenuës, veuës &
leuës, & diligemment regardées mot à mot vne lettre contenant la forme qui s'enſuit: *In*
nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. LVDOVICVS *Dei gratia Francorum Rex.*
Nouerint vniuerſi præſentes pariter & futuri, quòd cùm eſſet contentio inter operarios Monetæ
1225. *Pariſienſis ex vna parte, & Magiſtros eiuſdem Monetæ ex altera, ſuper vſus monetæ Pariſienſis, tandem de aſſenſu & mandato noſtro in arbitros compromiſerunt, videlicet M. Adam Hermant, & Petrum Tanciam & Marcellum præpoſitum eiuſdem monetæ, & Hellonimum Furnerud, & inſuper M. Guidonem Autiſſ. ciues Pariſienſes, qui ſecundùm legitimam inquiſitionem, quam ſuper hoc fecerunt, dixerunt: Talis eſt vſus Monetæ Pariſienſis, plũbum debet ponderare ſexdecim marchas & dimidium, & de hoc plumbo debent habere operarij ſeptem ſolidos pro operagio inter carbones & omnia alia, & de eodem plumbo debent operarij facere duas marchas, & ſciſſiliis, hoc modo quòd ſi frerconem vltra duas marchas fecerint, nihil de hoc admittent. Si autem plus duabus marchis & frercone fecerint, ipſi admittent de ſuperfluo duarum marcharum, & in frercone plus fecerint ipſi admittent de debili natura denarium, & de forti obolum. & tam fortes quàm debiles debent eſſe tranſeuntes à tredecim & obolo inferius & ſuperius. Sciendum eſt autem quòd imprimis operarij tenentur venire coram Magiſtris iuraturi, quòd in argento nullum ponent vniamentum, nec polluent denarium vllo modo: & ſi aliquis deprehenſus fuerit in aliquem pollucionem pulueris aut cineris, per ſacramentum Magiſtro Monetæ, & duc-*

Serment des Ouuriers pardeuant les Generaux.